



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regulae Societatis Iesu

Angeli, Bernardo d'

Romae, 1616

De ijs, quæ pertinent ad res temporales. Cap. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](#)

De ijs, quæ pertinent ad res temporales.

C A P . V I .

P. 4.c.2. §.3. & p. 9 c.3. §.4
lit.C.
A Procur.ra-
tio exigenda.

57 **S**Ingulis mensibus à Procuratore ratio-
nem accepti, & expensi præsente Mi-
nistro exigat, vt totius Domus administra-
tionis ratio ipsi constet, eamque reddere pos-
sit cui, & quando per Superiorem constitue-
tur: caueat autem, ne Collegium ære alieno
grauetur.

P. 3.c.2. §.3.
Quæ ratio in
victu, et vesti-
tu seruanda.

58 In ijs, quæ ad victum, vestitum, & ha-
bitationem, & alia corpori necessaria perti-
nent, curet, vt quamuis sit, in quo probetur
virtus, & sui ipsius abnegatio, non desit ta-
men, quo sustentetur natura, habita conue-
nienti ratione personarum in Domino. Cum
Scholasticis vero in ijs, quæ ad vestitum atti-
nent, magis quam cum ijs, qui probantur, ex-
terioris decentiæ ratio habeatur.

P. 3.c.2. lit.C.
Aegrotorum
cura.

59 Ægrotorum cura habeatur magna,
& obseruetur diligenter tam in victus ratio-
ne, quam in ceteris, quæ medicus præscri-
pserit.

A secularibus
mista.

60 Si cui particulari quidpiam ab exter-
no aliquo mittatur, id in communem vsum
acciipiat, ac dispensemetur.

In Exa.c. 1. §.
4. & p. 4.c. 2.

61 Caueat, ne qua Domus Professorum,
aut aliquis eorum, vel Coadiutorum forma-
torum

torum redditibus Collegij sui , præterquam lit. F. & p. 6.
in rebus minimis vtatur , nisi is eidem Colle- c. 2. §. 3.
gio necessarius sit , aut conueniens , vt in eo Vsus reddi-
commoretur . tuum Colle-
giorum .

62 Lites forenses fugiat , nec vllam in- Can. 26. Cō-
consulto Prouinciali intentet , nec intentæ re- greg. 2.
spondeat , nisi cogatur . Lites fugien-
dæ .

63 Si bona alicuius ex nostris distribuen- P. 3. c. 1. §. 7.
da essent , si ineundi contractus , si fabrica ali- & 9. & Can.
cuius momenti , & expensæ extraordinariæ fa- 3. Cong. 2.
ciendæ , aut si bona offerantur Collegio cum Expensæ extra
aliqua obligatione , rem ad Prouincialem ordinariæ .

64 Depositum pecuniæ nullum prorsus Deposita non
admittat; aliarum vero rerum non nisi cautis- admittantur .
sime, dummodo sint eorum, quibus multum
debeamus, aut alioqui id officij sine magna
offensione denegari non possit .

65 Neminem ex nostris in causis ciuali- P. 6. c. 3. §. 8.
bus, nedum criminalibus examinari (nisi, qui Quando no-
ad peccatum obligare potest , compelleret) stri in ciuali-
permittat absque licentia, quam minime da- bus examinā-
bit, nisi in causis, quæ ad religionem Catho- di .
licam pertinent , aut alioqui piæ sint , & ita
vni faueant , vt non in alterius detrimentum
cedant .

De